appellavit, quam appellationem ipsi Judici
um Præsens liberè et benevolè admisit, Termi
numq; Peremptorium Prosequendæ, et Continu
andæ Ejusdem appellationis in Præallegatis
Judicijs Tribunali Regni Petricovien. inter
Causas Palatinatus Masoviæ Terræ Cer
nensis Districtus Vero Præsentis Gar
volinensis Partibus Utrisque juxta Earum

Controversia

Controversias Decretum Praesens Appel
lationemq ab Eo interpositam et Admis-
sam Omniaq Causae Praesentis Judicialia
Acta debito Modo, et Juris Ordine Conserva-
vit, Conservatq Praesentibus. Et Subinde
Suprascriptus Generosus Chylicki Partis
Citatae Plenipotens nomine Principalis Sui
contra pfatam Partem Actu coram Judicio psen
ti Solenniter Protestatus est in Eo, quod Cittnem
pinsertam Simplicis injuriae Verbis Criminali
bus impleverit, Pars vero pdicta Actu per Suum
Procuratorem videlicet Nobilem Stanislaum Ma
scibrodzki nulla Verba Criminalia Cittni suae
apposuisse, tum et Ipse praenominatus Mascibro
dzki quod licet Curam Causae Suprainsertae à Prin
cipalibus Suis Commissam habuerit nulla ta-
men Verba Criminalia Citationi Immi
serit contra Praefatam Partem Citatam
in instanti Solenniter in Facie Judicij
Ejusdem Terris Garvolinen Reprotestatus est

Ex Actis Terrestribus
Garvolinen Resinum
Zaborowski
mpp

Lt Skwarski

Inter Relictam, et Successores,
olim G[enero]si Sigismundi Oborski
a[ctore]m, et M[agnifi]cum Joannem Obor
ski Castellanum Var[sovien]sis [illegible]

Decretum
In Garwolin 1667.

75pt Tr[illegible] [illegible]

Hyacynt, Franciszek, Jan
Mikołay, Kazimierz Obor-
scy Synowie Zygmunta
Oborskiego

N[o] 51. Litt L.
0

N° 54. × 1669 164

Actum in Arce Cernensi in Judicijs sub Tempore Interregni moderni vigore Laudi Conventus particularis Nobilitatis Terrae Cernensis institutis Sabbatho post Festum Purificationis Beatissimae Virginis Mariae proximo Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Nono.

Ad Judicium et Acta praesentia Interregni Terrae Cernensis personaliter venientes Generosi Samuel a Rudno Rudzienski Vexillifer et Mareschalcus atque Theophilus Grzybowski Succamerarides Judices Deputati Interregni Terrae Cernensis Intrascriptas Actum Compromissi [illegible] inter Magnificum Joannem a Obery Oberski Castellanum Varsaviensem ab una, et alios Generosos intercontentos Obertie parte ab altera in Bonis Oppidi Zeliszewo tempore [illegible] expresso expeditum manibus suis [illegible] et aliorum multorum [illegible] Arbitrorum in hoc Actu personaliter existentium subscriptum Eius Judicio Actisque illius inserendum obtulerunt in hunc qui sequitur modum. Actum in Oppido Zeliszewo in Fundo Bonorum controverso Feria Secunda post Festum Conversionis Sancti Pauli Apostoli proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Nono In praesentia Illustrissimi et Admodum Rndi Domini Stanislai a Swięcice Swięcicki Episcopi [illegible] Suffraganei Samogitiae Scholastici Gnesnensis Archidiaconi et Officialis Generalis

Generalis

Generalis Ducatus Masoviæ ac Gnesd Samuelis a Rudno Dienski Vexilliferi et Mareschalci Judicium Interregni Terræ Czersk Maximiliani Orzalski Judicis Terrestris Bractavien Stanislai Ciecierski Venatoris Czersk Theophili de Windyki Grzybowski Succamerarius Czersk Joannis in Karczew Karczewski Judicum Compturalium Terræ Czersk Compromissariorum Judicum ad Actum nec non Magnifici Joannis a Obery Oberski Castellani Varsaviensis ac Gnesd Albrechti à Obery Oberski Marianne Niedzwiedzka ob Gnesd Sigismundi Oberski Relicte Viduæ Hiacynthi Oberski eiusque ob Gnesd Sigismundi Oberski Filij Vespaziani Pniewski Vicenotarij Actorum Terræ Varsaviensis Andreæ Lachowski Remigiani Dluzewski Joannis Krempski Casimiri Krzakowski et Ministerialis Regni Generalis Joannis Sobol de Oppido Zeliszewo et aliorum plurimorum. Qui quidem praenominati Compromissarij post acclamationem Ministerialis [illegible] Partium [illegible] et quidem Joannis à Obery Oberski Castellani Varsaviensis suo et aliorum in actione contenter nomine Gnesd vero Albrechtus Oberski suo et consortis suæ nomine tum Illustrissimi et Admodum Rndi Domini Nicolai a Obery Oberski Episcopi Laudicen Suffraganei Culmiensis nec non lite ac Successori ob Gnesd Sigismundi Oberski atque Tutor ob Gnesd Joannis à Obery Oberski Subdapiferi Bielscensis aliique in actione contentis nomine personaliter pro termino Prez Comparentes fundatam suo hac Compromissariali Jurisdictione de consensu Partium utriusque ad Diem Crastinum Deo adjuvante venturum limitant Prorogant et Differunt numerum talem qualem Comparens die hodierna habere debebant Conservant Partibus utrique peremptorie. Actum in Oppido Zeliszewo in Fundo Bonorum Controversorum vigore Limitationis [illegible] Terminus in Diem hodiernum incidens Feria Tertia post Festum Conversionis Sancti Pauli Apostoli proxima Anno Domini Millesimo Septingentesimo Sexagesimo Nono in Presentia Illustrissimi et Rndi Domini Stanislai à Lugzice Lugzicki Episcopi Spinolensis

Suffraganei

Sanogitiae Scholastici Znerensis Archidiaconi et Officialis Generalis Varsaviensis et per Totum Ducatum Masoviae Judicis super arbitri Compromissorialis per Judicium praesens de consensu Partium electi ac Generosi Samuelis à Rudno Rudnicki Dapiferi et Mareschali Judicii Interregni Terrae Cernensis Mathiae Wiliani Orzowski Judicis Terrestris Varsaviensis Stanislai Ciecierski Venatoris Cernensis Theophili à Wiwodzki Succamerarii Cernensis Joannis de Kurzeniec Kurzenski Judicii Capitanealis Terrae Cernensis post acclamationem Ministerialis Judicii Ambas Partes quoque acclamare mandavit quibus coram suo Judicio comparere et quidem Citati personaliter, Citatus Albrechtus personaliter suo et Illustrissimi ac Reverendissimi Domini Nicolai Oberski Episcopi Laodicensis Suffraganei Gnesnensis atque Generosi Pauli et Theresiae olim Generosi Subdapiferi Bielscensis Filii et Filiae Gnesa Oberska et Hiacynthus personaliter suo et Francisci Joannis Nicolai Casimiri et Hedvigis Filiorum Fratrum et sororum Nominibus pro termino hoc comparuerunt et controverterunt. Idque in causa inter Magnificum Joannem à Obory Oberski Castellanum Varsaviensem ab una, et Illustrissimum ac Reverendissimum Nicolaum Episcopum Laodicensem Suffraganeum et Canonicum Cracoviensem Generosum Albrechtum uti Tutorem Naturalem infra nominatorum Minorennium Mariannam Niedzwiedzka olim Generosi Sigismundi Relictam Consortem Hiacynthum Franciscum Joannem Nicolaum Casimirum et Hedvigim Paulum et Theresiam olim Generosi Sigismundi et Joannis Subdapiferi Terrae Bielscensis Filios et Filias Oberskie olim Generosi Joannis quondam Semplini Dapiferi Terrae Cernensis Filiis Parentes Actores Bonorum Villae Lipiny Debowiec et Sortium in Oppido Zeliszewo jacentium nullo Jure Possessores immo violentos Occupatores ratione per Actores Citatis ideo Quia prout olim Frater Maritus et Parens ipsorum Citatorum una cum Ipsis in Vivis existens ita et Ipsi nullo Justo et legitimo imo violento Sortes in Bonis Lipiny et Debowiec Villis ac Oppido Zeliszewo Actori Jure Divino et Naturali juxta Divisiones antiquas inter Antecessores Actoris Generosi olim Georgii Oberski ac alios Fratres Avos et Antecessores illorum Comparticipes factas Concernentes Actori Hereditario nullo Jure justo et legitimo tenent possident et occupant Proventus et emolumenta

ex eisq Bonis seu sortibus supnscriptis percipiunt nec Acto
ri eadq Bona uti legitimo Heredi deoccupare volunt. Itaq ad
exdivisiones et Deoccupationem eorumq Bonorum seu sortium restitutio
nes Proventuum ex eis per tot annos nulliter perceptorum et ad Vi
ginti Millia Florenorum Poll. taxatarum Damnorumq refusionem ad Judicium Ter
restre Gravolinense institutam et per appellationem ad Judicium Tribunale
Regni Petricoviense devolutam nec tunc decisa pendente Decreto eumq
Ipsa et adiudicatione remissionali et decreto tum causa Ipsa
lationibus. Judicium itaq Praesens Compromissoriale Partibus Controversijs
rite perpensis suspendendo ad praesens Actiones quae respiciunt Exdi
visiones Antiquas tam de anno Millesimo Quingentesimo
1548. Quadragesimo Octavo quam de anno Millesimo Quingentesimo
1578. Septuagesimo Octavo inter olim Gnosos primo Seraphinum et Sigi
smundum Oborskie Tum deinde inter Seraphinum Stanislaum
Georgium Gasparum itidem Oborskie factas quae Gnosus Albrechta
Oborski et Gnosa Niedwiecka Conserts olim Sigismundi Oborski
nomine filiorum suorum [illegible] Joannis Oborski [illegible]
dapiferi Bielscensis Interest. eorumq Bonorum Controversorum Donatione
per Rndum olim Nicolaum Oborski eorum Actis Castri Cerensis de anno
millesimo Quingentesimo Quinquagesimo Nono. olim Gnoso
Stanislao Lesnowolski Castellano Ciechanoviensi Inscriptam et per
eundem Stanislaum Lesnowolski ad Acta Terrestria Cerensia tum et
ad Terrestria Garvolinensia transportatam Deinde ab ejus Lesno
wolskie Successoribus olim Gnoso Joanni Oborski Seraphini Fi
lio Donatam impugnant, ad Violentias primo per Partem utriq
offensas et novas occasione fundorum in pacifica Posses
sione per Viginti circiter Annos existere Differentias ex
ratas descendit et Partibus in Causis ulterioribus procedere man
davit. Tandem in procedendo Partes utraq controvertentes suasq
rationes et Probationes in causa praedictam Differentias infe
rentes Quoniam sufficienter Judicium informare non potue
runt Inquisitiones ac Bonorum Controversorum Visiones super
Differentias Limitum Fundorum et Borrarum atq Pra
torum juxta Tenorem anterioris Decreti Parti utriq B[illegible]
Taxam in se ad Triginta Millia Marcarum Pol[illegible]

166

cendas ininstanti injunxit. Cui Decreto Partes parendo et ad effectum solummodo cognoscendi Limites Fundorum Differentiasque Pratorum Bernanos atque Sylvanos testes per utramque Partes ad deponenda Testimonia inducere permisit et ad Visiones illius tantum Fundi Controversi quae post hoc diebus vernalibus ob nimiam aquarum inundationes ac lutositatem adire non potest Judicium praesens condescendit. Tandem expedita in parte Visione ac utriusque Partium Inquisitione Quoniam Partes non solum causam facti sed etiam Juris et Fundi praegnantur super quibus sufficientes non producunt probationes unde Judicium praesens informari nequit neque sufficienter Causas facti decidere eo quod maxime ex causis Juris emanant Tum ob incommoda Cumulalia Signa Granicionalia apparere non possunt Quam ob causam Inquisitiones per utrasque Partes eductae ad plenum effectum deduci non possunt. Proinde hunc Compromissi Actum cum toto effectu in aliud tempus prorogari esse censuit prout de facto a die Relationis Nunciorum Conventus Particularis Nobilitatis Terrae Cracoviensis post Electionem proxime celebrandi ad Diem Similem in Tribus immediate Septimanis incidentem Prorogat Omnesque Partium utrarumque Causas et Actiones nihil quidquam eisdem derogando pro illo Termino ad Finalem Decisionem suspendit. pro quo Termino Partes inducimus cum Omnibus suis Documentis praecipue Extradiviziis Bonorum controversorum antiquis et delineatione Genealogiaque familiae meliori nec non Inquisitionibus antecedentibus et nunc eductis tum et Camenio cujuscunque Districtus Spasoviae Granicialis ....

tus

tuis Partium sumptibus conducere et cum Aditatione Col
lateralium circum circa Vicinorum hic in Oppido Zeliscen
comparebunt. providendo nihilominus Securitati Partium contro
versas et obviando hinc et inde Iniurijs et Litibus quae prae
cipue exoriuntur ex Incisionibus Lignorum in Borris ac Syl
vis Iudicium Compromissoriale Decernit Quatenus
Magnificus Joannes Oberski Castellanus Varsaviensis in illa parte
Borrarum ac Sylvarum nimirum versus Dębowce ab
Oriente Lignis tam pro Foco quam aedificijs Curiae et Cme
thonum utatur, cuius sortis fuit Possessor Generosus olim
Paulus Oberski eiusque Magnifici Castellani Varsaviensis Parens
Quam etiam Borram ac Sylvam ad eandem Villam Lipiny
ac Dębowiec pertinentem vigere aequalis sortis Quam olim
Generosus Sigismundus Oberski pacifice tenuit et possedit
[illegible]
... cum suis Successoribus et Cmethonibus liberum
habebit usum. Generosus ... Albrechtus Oberski et Succes
sores Generosi olim Joannis Oberski Subdapiferi Bielscen
sis utantur Sylvis ac Pratis cum suis Cmethonibus quae ex
antiquo ad Bona Lukowiec pertinebant, nimirum pro
pinque ab occasu Solis a Villa Kotacz tendendo ad Orien
tem circa Granicies Kuflowiec omnibus usque ad Rivu
dos Fluentem dictum Czarny Grunt salvo usu pro Op
pidanis Zelechoviensibus in Sylvis Juxta Communibus
Lukowiec et Plomieniec censibus remanentibus Alijs
vero Sylvis ac Borris tum et Fundis quae ad praesens
non specificantur ratione quorum Lis inter Partes Ori
tur omnino non utantur Partes usque ad Finalem Li
tis Decisionem. Et insuper volens mutuam inter Partes

Conservare

167

conservare amicitiam Judicium praesens Compro-
missoriale Partibus Utrisq[ue] seriò mandat Quatenus
se Familiasq[ue] suas in debita contineant modestia et
ab omnibus litigandi occasionibus abstineant Quod
quidq[ue] Decretum Partes Utraeq[ue] tam in toto quam in quo-
minimo parte tenebuntur servare sub vadio onere
et nexu in Inscriptione Compromissoriali Inscripto.
Samuel à Rudno Rudnicki Vexillifer et Mare-
schalcus Judicium Capitanealium Terrae Cerz[ensis] manu p[ro]p[ri]a
Stanislaus Cieciszewski Venator Terrae Cerz[ensis] et Ju-
dex Capitanealis manu p[ro]p[ri]a Terrae Cerz[ensis]. Stani-
slaus Siugocki Episcopus Spigacensis Scholasti-
cus Gnesnensis manu p[ro]p[ri]a Maximilianus Ozo-
rowski Judex Terrestris Lencicien[sis] [illegible]
[illegible]
Theophilus [illegible]
Capitanealis Cernensis [illegible]
nalis Cernensis

Lecta cum Actis per Kuszewski

Compromissoriale

Decretum

[illegible] Oborshic 1669

[illegible] in Praesentiam [illegible]

1669 168

Actum in Arce Cernensi In Iudicijs Sub Tempore Interregni Moderni vigore Laudi Conventus particularis Nobilitatis Terrae Cernensis institutis Sabbatho post Festum Purificationis Beatissimae Virginis Mariae proximo Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Nono.

Ad Iudicium et Acta praesens Interregni Terrae Cernens personaliter venientes Gnosi Samuel à Rudno Rudzienski Vexillifer et Mareschalcus, atque Theophilus Grzybowski Succamerarides Iudices Deputati Interregni Terrae Cernens Infrascriptum Actum Compromissorialem inter Magnificum Ioannem à Obory Oborski Castellanum Variaviens ab una et Alios Gnoses infra contentos Oborskie Parte ab Altera in Bonis Oppidi Zelisszewo tempore inferius expresso expeditam Manibus Sui Offerens et Aliorum Multorum Generos Arbitrorum in hoc Actu personaliter existens subscriptis Eius Iudicio Actisque Illius inserens, Obtulerunt in hunc qui sequitur modum. Actum in Oppido Zeliszewo in Fundo Boner. Controverso Feria Secunda post Festum Conversionis Sancti Pauli Apostoli proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Nono. In Praesentia Illustrissimi et Admodum Reverendi Domini Stanislai a Swięcice Swięcicki Episcopi Epicanens Suffraganei Samogitiae Scholastici Gnesnens Archidiaconi, et Officialis Generalis Ducatus Masoviae ac Generosorum Samuelis à Rudno Rudzienski Vexilliferi et Mareschalci Iudiciorum Interregni Terrae Cernens Maximiliani Ozoralski Iudicis Terris Braclaviens, Stanislai Cieciszewski Venatoris Cernens Theophili de Windiki Grzybowski Succamerarides Cernens Ioannis in Karczew

Karczewski

Karczewski Judicum Capturalium Terrae Cernen. Compromissarior. Judicum, ad Actum praesen. nec non Mci Ioannis à Obory Oberski Castellani Varsavien. ac Gnosi Albrachti à Obory Oberski Mariannae Niedzwiedzka olt Gnosi Sigismundi Oberski Relictae Viduae Hiacynthi Oberski ejusd. olt Gnosi Sigismundi Oberski Filij Vespasiani Pniewski ViceNotarij Actor. Terrae Varsavien. Andreae Lachowski Remigiani Dłuzewski Ioannis Krempski, Casimiri Rosochowski et Mnlis Rni Gnalis Ioannis Bgbol de Oppido Zeliszewo et Aliorum plurimorum. Qui quidem praenominati Compromissarij post Acclamationem Mnlis suprascri Partium Utrarumq. et quidem Mci Ioannis à Obory Oberski Castellani Varsavien. Suo et Alior. in Actione Contentorum Nomine Gnosi vero Albrachtus Oberski Suo et Consortis Suae Nomine, tum Illmi et admdm Rndi Domini Nicolai à Obory Oberski Episcopi Laudicen. Suffraganei Cracovien. nec non Relictae ac Successor. olt Gnosi Sigismundi Oberski atq. Succorum olt Gnosi Ioannis à Obory Oberski Subdapiferi Bielscen. Aliorumq. in Actione Contentor. Nomine personaliter pro Trno praesen. Comparen. fundata Sua hac Compromissoriali Jurisdictione de Consensu Partium Utrarumq. ad Diem Crastinam Deo adjuvante venturam Limitant, Prorogant et defferunt Triniumq. talem qualem ad praesens Die hodierna habere debuerant Conservant Partibus Utrisq. peremptorium. Actum in Oppido Zeliszewo in Fundo Bonorum Controversor. Vigore Limitationis hesternae in Diem hodiernam inciden. Feria Tertia post Festum Conversionis Sancti Pauli Apli proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Nono. In Praesentia Illmi et Rmi Domini Stanislai à Święcice Święcicki Episcopi Spigan. Suffraganei Samogitiae Scholastici Gnesnen. Archidiaconi et Officialis Gnalis Varsavien. et per totum Ducatum Masoviae Judicis cujusq. Arbitri Compromissorialis per Judm praesen. de Consensu Partium electi ac Gnosiorum Samuelis à Rudno Rudzienski Vexilliferi et Mareschalci Judicior. Interregni Terrae Cernen. Maximiliani Ocioski Judicis Terrestris Braclavien. Stanislai Cieciszewski Venatoris Cernen. Theophili à Windyki Wybowski Succamerarij Cernen. Ioannis in Karniczew Karczewski Judicum Capitt. Terrae Cernen. post Acclamationem

Mnlis

Mniatis Judicior Stator, Partes quoq acclamare mandavit, quibus
coram Suo Judicio comparens, et quidem Act. plter, Citatus Albrachtus
plter Suo et Illmi ac Rndissimi Domini Nicolai Oberski Episcopi Laudi
cens Suffraganei Cracoviens, atq Gnosor Pauli et Theresiae olim Gnosi
Subdapiferi Bielscens Filij et Filiae Gnosa Oberska et Hiacynthus plter
Suo et Francisci, Joannis Nicolai Casimiri et Hedvigis Filior Fratrum
et Soror Nominibus pro Primo praesens Comparens et Controvertens Ipsis
in Causa inter Mcum Joannem à Obory Oberski Castellanum Varsavien
ab una, et Illmum ac Rndssmum Nicolaum Episcopum Laudicens Suf
fraganeum et Canonicum Cracoviens Gnosos Albrachtum uti Tutorem
Naturalem infra nominator Minorennium, Mariannam Niedzwien
dzka olim Gnosi Sigismundi Relictam Consortem # Paulum et Theresiam
olim Gnosor Sigismundi et Joannis Subdapiferi Terrae Bielscens Filii
os et Filias Oberskie olim Gnosi Joannis quondam Seraphini Dapi
feri Terrae Cernens Filios Parentes Actt. Bonorum Villae Lipiny Dębow
wiec et Sortium in Oppido Zelissewo jacens nullo Jure Possessores
imo Violentos Occupatores ratione per Actorem Citatis, ideo quia
prout olim Frater Maritus et Parens Ipsor Citator una cum Ipsis in
Vivis existens, ita et Ipsi nullo Jure justo et legitimo, imo violenter
Sortes in Bonis Lipiny et Dembowce Villis ac Oppido Zelissewo Actorem
Jure Divino et Naturali juxta Divisiones Antiquas inter Antecesso
rem Actoris Gnosum olim Georgium Oberski ac alios Proavos Avos et Ante
cessores Illor Comparticipes factas Concernens Actor Hereditates nullo
Jure justo et legitimo tenent possident et Occupant Proventus et E
molumenta ex iisd Bonis seu Sortibus Suprascriptis percipiunt nec A
ctori Eadem Bona uti legitimo Heredi deoccupare volunt. Itaq
ad excisionem et Deoccupationem Eorund Bonor Seu Sortium in
restitutionem Proventuum ex eis per tot Annos nulliter perceptor
et ad Viginti Millia Florens Polon Taxatt. Taxam in re ad Triginta
Millium Marcar Polon Damniq totius Continens ad Judicia Terrestria
Garvolinens instituta et per Appellationem ad Judm Tribunale Regni
Petricoviens devoluta necdum decisa pendente, Decreto Causaq Ipsa
et Adcitatione verificatoriali et Decreto tum Causa Ipsa latioribus
Judicium itaq Ipsis Compromissoriale Partium Controversiis rite per
pensis suspendendo adpraesens Actionem quae respicit Excisionem
Antiquam tam de Anno Millesimo Quingentesimo Quadragesimo
Octavo, quam de Anno Millesimo Quingentesimo Septuagesimo Octavo
Hiacynthum Franciscum Joannem Nicolaum Casimirum et Hedvigim

inter olim Gnosos

inter MM Gnoses primo Seraphinum et Sigismundum Oberskie tum
deinde inter Seraphinum Stanislaum Georgium Gasparum itidem
Oberskie factam quam Gnosus Albrachtus Oberski et Gnosa Niedurz
dzka Consors MM Sigismundi Oberski Nomine Filiorum suorum atque Suc
cessores MM Gnosi Joannis Oberski Subdapiferi Biescensis Tuto
resque eorundem Bonorum Controversorum Donatione per Rndum MM Nico
laum Oberski coram Actis Castrensibus Cernensibus de Anno Millesimo Quin
gentesimo Quinquagesimo Nono MM Gnoso Stanislao Lesno
wolski Castellano Ciechanoviensi Inscripta, et per Eundem Stanisla
um Lesnowolski ad Acta Triia Cernensia tum et ad Terrestria Varu
volinensia transportata Deinde ab Ejus Lesnowolskie Successo
ribus MM Gnoso Joanni Oberski Seraphini Filio Donata impu
gnant, ad violentias primo per Partem utramque praetensas et
novas occasione Fundorum in pacifica Possessione per Viginti cir
citer Annos existens differentias exaratas descendit et Partibus
in Causis ulterioribus procedere mandavit. Tandem in Procedendo
Partes utraeque Controvertentes suasque rationes et probationes in
Causa praedictarum differentiarum inferens. Quoniam sufficienter Judm
informare non potuerunt Inquisitiones ad Bonorum Controversorum
Visiones super Differentias Limitum Fundorum et Borrarum atque
Pratorum justa tenorem Anterioris Decreti Parti utrique deducendas
in Instanti injunxit, Cui Decreto Partes parendo, et ad effe
ctum solummodo cognoscendi Limites Fundorum differentiasque
Pratorum Borrarum atque Sylvarum Testes per Utramque Partem ad de
ponenda Testimonia inducere permisit et ad Visiones illorum u
tantum Fundorum Controversorum quae post haec Diebus Vernalibus
ob nimiam Aquarum Inundationem ac lutositatem adire non
poterit, Judm praesens Condescendit. Tandem expedita in parte
Visione ac utrarumque Partium Inquisitione, Quoniam Partes
non solum Causas Facti, sed etiam Juris et Fundi prosequantur
super quibus sufficienter non producunt Probationes, unde Judiciu
praesens informari nequit, neque sufficienter Causas Facti decer
nere, eo quod maxime ex Causis Juris emanant, tum ob incom
moda Brumalia Signa Granicierum apparere nec possunt. Quam
ob Causam Inquisitiones per utrasque Partes eductae ad plenum effe

ctum

ctum deduci non possunt. Proinde hunc Compromissi Actum cum toto effectu in aliud tempus Prorogati esse censuit, prout de facto a Die Relationis Nuntiorum Conventus Particularis Nobilitatis Terrae Czerneni post Electionem prime Celebrandi ad Diem Similem in Tribus immediate Septimanis incidens Prorogat omnesq Partium Utrarumq Causas et Actiones nihil quidquam Eisd ele[illegible] rogando pro illo Termino ad finalem Decisionem suspendit. Pro quo Termino Partes invicem cum Omnibus suis Documentis praecipue Exdivisione Bonor Controversor antiquis et Delineatione Genealogiae Familiae meliori, nec non Inquisitionibus Anterioribus et nunc eductis tum et cum Camerario Cujuscunq Districtus Masoviae Graniciali mutuis Partium Sumptibus Conducens et cum Adcitatione Collateralium circum circa Vicinorum hic in Oppido Zelissew comparebunt. Providens nihilominus Securitati Partium Controversar et obviando hinc et inde Jurgijs et Litibus quae praecipue exoriuntur ex incisionibus Lignorum in Borris ac Sylvis Judicium Compromissoriale Decernit Quatenus Meus Joannes Oborski Castellanus Varsaviens in illa Parte Borrar ac Sylvar nimirum versus Dębowce ab Oriente lignis tam pro Foco quam Aedificijs Curiae et Cmethonum utatur, cujus Portis fuit Possessor Ejus olt Paulus Oborski Ejusd Mei Castellani Varsaviens Parens, Quar etiam Borrar ac Sylvar ad eand Villam Lipiny ac Dębowce pertinens vigore Aequalis Sortis quam olt Gnosus Sigismundus Oborski pacifice tenuit et possedit Ejusd Relicta Consors Gnosa Marianna Niedzwiedzka Vidua cum suis Successoribus et Cmethonibus liberum habebit usum. Gnosus vero Albrachtus Oborski et Successores Gnosi olt Joannis Oborski Subdapiferi Bielscens utantur Sylvis ac Pratis cum suis Cmethonibus quae ex antiquo ad Bona Lukowiec pertinebant, nimirum incipiendo ab occasu Solis a Villa Koteut tendens ad Oriens circa Granicies Kuflewiens omnibus usq ad Fundos Prator dictor Czablow Gront Salvo usu pro Oppidanis Zelissewiens in Sylvis iisd Communibus Lukowiec et Ptominiec Censibus remanens aliis vero

Sylvis

Sylvis ac Borris tum et Fundis quae ad p[rae]sens non Specificatur ratione Quorum Lis inter Partes oritur omnino non utantur Partes usq[ue] ad Finalem Litis Decisionem. Et insuper volens mutuam inter Partes Conservare amicitiam, Judm p[rae]sens Compromisseriale Partibus Utrisq[ue] serio mandat, Quatenus Se Familiam Suam in debita contineant Modestia, et ab omnibus Litigandi Occasionibus abstineant. Quod quidem Decretum Partes utreq[ue] tam in toto quam in Ejus minima Parte tenebuntur Servare sub Vadio Onere, et nexu in Inscriptione Compromisseriali Inscripto. Samuel à Rudno Rudzienski Vexillifer et Mareschalcus Judiciorum Capturalium Terrae Cernens Manu p[ro]pria. Stanislaus Ciecisrewski Venator Terrae Cernens et Judex Capturalis Manu p[ro]pria Terrae Ejusd. Stanislaus Swiecicki Episcopus Spigacens Scholasticus Gneznens Manu p[ro]pria Maximilianus Oczosalski Judex Trus Gnalis Palatinatus Braclaviens Manu p[ro]pria Capturalis Terrae Cernensis. Theophilus Grzybowski Suc camerarides Cernensis Judex Capturalis Cernensis. Joannes Karczewski Judex Capturalis Cernensis.

Ex Actis Castrens Capitli Cernens Resectum

Lecta per Skwawski

171

ei ficad

tantur

tenz

Compro

Fami

pus Un

n Par,

luntur

promis,

et Ma

ria.

ntura

s Spi

Oeze

ppria

Nien

Ioan

s Capitt


rum

awly

Decreti Compromissori-
alis inter M.gcos Obor-
skie. prolati.

Oblata

In Arce Cernens 1669. a.



N.o IV.

i V.a

[illegible]

0

1669

172

Actum in Curia Regia Varsaviensi Feria Quinta post Festum Sanctorum Philippi et Jacobi Apostolorum proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Nono.

Ad Officium et Acta praesentia Castrensia Capitaneal[ia] Varsaviensia personaliter veniens Dominus Albrechtus Joannes Oborski solemniter coram eodem Officio suo et Dominae Mariannae Niedziwiecka olim Generosi Domini Sigismundi Oborski Fratris sui germani Consortis Relictae, atque Francisci Mianowski et aliorum praefati olim Domini Sigismundi, nec non Theresiae et Pauli Domini olim Joannis Subdapiferi Bielscensis Filiorum et Filiarum Oborskich minorennium nomine Pupillorum suorum Manifestatus est et protestatus in eo: Quia Ipse cum praefata Domini Sigismundi Relicta Nomine Pupillorum suorum prout primo Magnifici Joannis ab Obory Oborski Castellani Varsaviensis affectationi, ita et Dominorum Dominorum Judicum ad Judicia Confoederationis moderni Interregni Terrae Varsaviensis obeunda electorum Deputatorum Perswasioni, et insuper Decisioni eorundem pro tempore et loco Inscriptione Compromissoriali designato congregatorum, Actori suo Praesidentium nisistere et parere, Satisfacereque paratus fuit et est.

est

est. Verum quoniam Idem M[agnifi]cus Castellanus Var
savien[sis] contra eum Actum Compromissorialem Judi
ciumq[ue] et Decretum ac Inquisitiones in Causis coram
praefato Judicio Compromissoriali agitatis per Testes
fide dignos, rerum bene gnaros eductas, ac Jura
mento Corporali per quemlibet Testem seorsive su
per sui Manifestantis comprobatas in Judicijs
Capturalibus Terrae Cernen[sis] protestatus est, s[ecundu]m Viden
da Protestationis de praemissis coram Actis Judicij
Capturalis Terrae Cernen[sis] latioris. Proinde praeca
vendo suae Pupillorumque Suorum indemnitati
de Diligentia sui ne eidem Inscriptioni Compromissoria
li in aliquo ex occasione sui Pupillorum suorum
contravenire videatur, de Succubitione verò Vadij
per praefatum M[agnifi]cum Castellanum Varsaviensem.
Quoniam Continuationi ejus Actus Compromissoria
lis obijcit et sua Protestatione invalidare
vult iterum atque iterum Manifestatur et pro
testatur

Puchala

Lt. Modzelewski

ar-
Di
edi
ar
tes
a-
di
je
den-
ij
ca-
ti
onio
d
Diç
em,
ia-
e
o.
R

uzli

Gn[os] Albrachtus Oberski suo et Pupillorum suorum ac aliorum nomine cong[ra] M[a]g[nifi]cum Ioannem Oberski Castellanum Varsavien[sem] de Contraventione Inscriptioni Compromissoriali

Manifestatur

Fr[ia] 5 p[os]t [festum] Philippi Jacobi: 1669

In Curia Regia Varsa[viensi]

De manutentione vero post Inscriptionis Compromissorialis et Satisfactione[m]

0

[illegible]

Libicki [illegible]

1669

174

Actum in Arce Cernensi in Judicijs sub Tempore Interregni Moderni vigore Laudi Conventus Particularis Nobilitatis Terrae Cernensis institutis, ac vigore Limitationis Eorundem Judiciorum in Diem hodiernam legitime incidentium Feria Secunda post Festum Sanctorum Trium Regum proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Nono.

Coram Judicio Actisq[ue] praesentibus Interregni Terrae Cernensis personaliter Comparentes Magnificus Joannes a Obory Oborski Castellanus Varsaviensis ab Una, et Generosus Albrachtus Oborski Suo et Generosorum Pauli et Theresiae Oborskich olim Generosi Joannis Oborski Subdapiferi Bielscensis Filij et Filiae Pupillorum Suorum pro Quorum Ratihabitione pacem plenarie cavet, Nominibus ab Altera, necnon Generosa Marianna Niedzwidzka Generosi olim Sigismundi Oborski Conjux Relicta Vidua et olim Hiacinthus Oborski, Mater cum Filio, itidem Suo, Filiorum ac Fratrum Suorum, pro Quorum Ratihabitione pacem plenarie cavet Nominibus a Tertia Partibus, Sani mente et Corpore existentes sponte, palam, libereq[ue] Recognoverunt, et Quilibet Illorum Suo pro Interesse Recognovit. Quia Ipsi Causas Suas Judiciarias generaliter omnes tam Criminales, quam Civiles ad Judicia Tribunalis Regni Petricoviensis, quam Judicia Interregni Terrae Cernensis per Se Rentes ab utrinq[ue] intentatas necdum decisas, imo in lite Judiciaria dependens Differentiasq[ue] Divisionum, Limitum, et Fundorum Sylvarum, et Terrarum Illustri et Admodum Reverendo Mathiae Swiecicki Suffraganu Samogitiae Archidiacono et Officiali Generali Varsaviensis, ac Generoso Samueli a Rudno Rudzinski Vexillifero, et Mareschalco Judiciorum

Interregni

Interregni Terrae Cernens Maximiliano Ostrowski Judici Terri Palatinatus Braclaviens Pradao Boglewski Subdapifero Cernens Melchiori in Michałów Michałowski Dapifero Rosanens Paulo Zelichenski Pocillatori Vinens Stanislao Ciecisżewski Venatori, Severino Boski Notario Terri et Castrens Paulo Bieykowski Vicecapitaneo Cernensibus, Theophilo Grzybowski, Nicolao Boglewski, Joanni Karczewski, Judicibus Interregni Terrae Cernens electis et Deputatis Joanni Staniszewski absentia Quorundam non obstante in Fundis Controversiis pro Die Vigesima Octava Mensis praesens Condescensuris ad Dijudicandum et discernendum litesque Judiciarias quâliter omnes Sopiens et perpetuo mortificans tanquam ab utrinque locatis Arbitris et Amicis Committunt, submittuntque Se et praesentibus Inscribunt Decisionem Eorund Quorum Arbitrorum seu Compromissariorum tenere, Complere, et inviolabiliter conservare Interim vero antequam praemissa ad Executionem pervenient, ab omnibus violentijs Injurijs quibusvis quamlibet Partem Recognoscens afficiens supersedere. Idque sub Vadio Decem Millium Florens Polons in unam quamque Partem ad negotium praesens Interessans ducendo. Pro quo quidem Vadio taliter succubito praemissisque non Completis Complendis memoratae Partes interessantes, scilicet una Recognoscens praemissis Contraveniens, nec ea adimplens ex Instantia Alterius Partis praemissa tenentis et adimplentis vel Ejus Successorum ad Judicium praesens Interregni Terrae Cernens Citata existens submisit Se una Pars Alteri, suis cum Successoribus de Bonis suis quâliter Omnibus Coram Judicio praesenti Interregni Terrae Cernens in primo Citationis Termino tanquam peremptorio peremptorie Comparere et respondere, Comparendoque Vadium praedictum Succubitum Solvere, Quo soluto Submissioni Suae praesenti Compromissariali et omnibus in ea

Contentis

Contentis in toto Satisfacere, Jurisdictionemq ac omne Judicatu
pati, ab Eodem Judicio Interregni Terrae Cernens non recedens
absq omni Dilatione, Defensione, Exceptione, Praescriptione,
Protestatione, Suspensione, Evasione, Motione, et Appellatio
ne, Earumq per Adcitationes quavis Prosecutione, sub amis
sione Suae suarumq Successorum totius et Integrae Causae.


Ex Actis Castrens Capitl
Cernens Rescriptum

Lecti per Skwarsky

Inter Mcum Oberski Castellanum
Vartaviens tum et Attrachtum
Paulum, Theresiam Oberskie
ott Gnosi Joannis Oberski Sub-
dapiferi Bielscens nec non Ma-
riannam Niedzwiedzka ott Si-
gismundi Oberski Contem, tum
Successores Eorund super Compro-
missum

Inscriptio.

In Arce Cernens 1669.



[illegible]

O

1670

176

N° 62.

Actum in Arce Cernensi Feria Secunda post Dominicam Conductus Pascha proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo.

Ad Officium et Acta præsens Castrens Capitt Cernens pltervensiens Gnosus Paulus Bieykowski Vice Capitaneus et Judex Causarum Officij præsens Castrens Capitt Cernens Actui suo præsidens eam de denegata reinductione in Fundo infrascriptorum Bonor Ltomienice et Lipiny ex Decreto Tribunalis Regni Lotricoviens inter Partes introcontentas lato per suum Officium peracta et expedita manu sua propria subscripta infert Relaonem cujus Tenor sequitur estq talis. Actum in Fundo Bonorum Ltomienice et Lipiny Feria Sexta post Festa Solennia Sacri Paschatis proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo. In Præsentia Mrlis Regni Gnalis Stanislai Ksiik de Wodynie et Nobilium Nicolai Zakrzewski, atq Casimiri Karwowski aliorumq plurimor Nobilium ad hunc Actum Congregator. Officium Castrens Capitt Cernens videlicet Gnosus Paulus Bieykowski Vice Capitaneus et Judex Castrens Cernens Actui

suo

suo p̄sidens eam ad Acta p̄sen̄ infert Relationem. Quia Ipse ex munere Officij sui satisfaciendo Decreto Tribunalis Regni Petricovien̄ Feria Quinta post Dominicam Septuagesimae proxime Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo inter Gnoses Mariannam Niedzwiecka G̃si olim Sigismundi Oborski Consortem Relictam, tum Franciscum, Nicolaum, Hiacinthum, Casimirum, Joannem, et Hedvigim Oborskie Ejusdem olim G̃si Sigismundi Oborski Filios et Filiam Actor, et M̃feum Joannem de Obory Oborski Castellanum Varsavien̄ Reum, nomine et ex Parte Eorundem Gnosorum Oborskich assumpto Secum Ministeriali Regni Gn̄ali Provido Suprascripto et Nobilibus p̄fatis ad fundos seu Agros ad Bona Plomieniec et Lipiny spectan̄ praefatorum Gnosorum Oborskich haereditl condescendit, Jurisdictionem fundavit, et Partes per Ministerialem acclamare fecit. In quo Termino Gnosus Hyacinthus Oborski suo et aliorum suprascriptorum Matris ac Fratrum nomine comparuit, ac vigore Decreti Tribunalis Regni Petricovien̄ reproducti reinductionem in Fundos seu Agros in Decreto specificatl per praefatum M̃feum Castellanum Varsavien̄ nulliter et indebite receptos ac possessos affectavit. Verum quoniam Ministerialis Regni Gn̄alis Providus Joannes Babel nomine M̃fi Domini sui eandem reinductionem sola temeritate impugnavit, de quo Pars Actl ac de Succubitione ulterioris rigoris Juris in Decreto expressi est ibidem solenniter protestata. Officium quoq̄ visa hujusmodi temeritate, Rebellioneq̄ ac Con- Suum p

traventione

177

traventione Decreto, ne Parti Citatæ aliquod præjudicium in
ferre videretur, ab eadem reinductione supersedit. Paulus Bia
kowski Vicecapitaneus et Judex Castrensis Czernensis.

Ex Decreto Actis Castr. Capitl.
Czernens. Rescriptum.
Jasienski

Legi Skwarsky

Ex Parte Mariannae Niedz-
wiedzka Consortis Relictae D.
Sigismundi Oberskij Agens
Decreti Intabulati Rno Petri
Corvene in fundo Bonorum Sto-
mniec et Lipiny Reinducti
Decreti

Oblatae

In Arce Cernenensi 1770.

Fz pr Dm Conductair Pecha

No 62do Litt L.

0

1670 118

×

Actum in Castro Regio Drohiciensi Feriâ Secundâ, ipso Festo Sancti Ægidij Abbatis Anno Domini Millesimo, Sexcentesimo, Septuagesimo.

Officium Capitaneale Castrense Drohiciense presens Privilegium infrascriptum manu Sacrae Regiae Maiestatis subscriptum Sigillo Minoris Cancelariae Regni obsignatum Nobili Alexandro Gotowicki benigniter per eandem Regiam Maiestatem collat. postulante eodem suscepit et Actis suis inscribere permisit cuius Privilegij tenor talis. Michael Dei gratia Rex Poloniae, magnus Dux Lituaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Kijoviae, Volhiniae, Livoniae Smolensciae, Severiae, Czerniechoviaeq. Significamus presentibus literis nostris quorum interest Vniversis et singulis quod quemadmodum ad maiorem nostrarum domusq. nostrae ac totius Aulae Regiae commoditatem interalios Servitores nostros etiam Viros in tractandis negotijs et exercendis varijs artibus probatos ac de nobis prompto studio mereri contendentes nostris admovere obsequijs consueverimus. Ita habentes Nobilis Alexandri Gotowicki Pictoris nostri singularem in arte sua experientiam nobisq. optime recommendatam eundem in protectionem

x

Nostram Regiam suscipien et in numerū Servitorum nostro
rum adscriben et cooptandū duximus, prout quidem prae
sentibus literis nostris adscribimus et cooptamus omnibus
q[ue] Juribus et libertatibus quibus Servitores nostri de
Jure et consuetudine gaudent donamus et insignimus
ita ut libertatis huius et immunitatis sibi a nobis con
cessae praesidio nonsolum negocias quaevis honesta et licita
exercere et in ijsdem cum nostris quam suis quacunq[ue] re ved
dere et tuto commorari pro libitu eidem liceat. Sed etiam
si Jure cum aliquo experiri contigerit coram nullo compare
re et tendere teneatur nisi nostro aut Curiae nostrae Judicio
quod ad omniū et singulorū quorū interest notitiā deducen
mandamus, ut praenominatū Nobilem Alexandrum Gorowi
cki Pictorem nostrū Juribus dict immunitatibusq[ue] omnibus
integre et pacifice uti frui ac gaudere permittant, eundemq[ue]
pro Vero et legitimo Servitore nostro habeant et agno
scant, ac eum totaliter circa Privilegium hocce nostrum
conservent ac alijs conservari curent pro gratia nostra
in cuius rei fidem manu nostra subscriptas sigillo Regni
communiri iussimus Datum Cracoviae die XXII Mensis
Novembris Anno Domini M. D C LXIX Regni nostri
Anno primo Servitoratus Nobili Alexandro Gorowicki

Joannes Watowski Varmien. et Culmen. Canonicus Secreta-
rius Regiae Maiestatis manu propria locus sigilli Micha-
el REX Cuius quidem Privilegium idem offerens post
ingrossationem ad Acta praesentia mediante quietatione
Notariatus ad se rec



Ex Actis Castrensibus
Drohicien. Reservum

Correxit Krasnodebski
[illegible]

Legit Kaczynski cum Actis.

1670

180

Actum in Castro Regio Drohiciensi Feria Secunda Ipso Festo Sancti Aegidij Abbatis Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo

Offum Capitle Castrense Drohiciense pntens Privilegium infrascriptum per Nobilem Alexandrum Gotowski Pictorem Sacrae Regiae Majestatis ad acticandum porrectum Cuius Privilegij series verborum sequitur estque talis Joannes Gembicki Dei et Sacrae Apostolicae Sedis Gratia Episcopus Plocensis significamus pntibus literis Nostris quorum interest aut infuturum quomodolibet interesse poterit Universis et Singulis Cum plerumque experientia docta rerum Magistra sit Cunctas res Creatas Radijs Solaribus illustratas apparentiores se fragili intuitu Nostro praebere: Similiter quaelibet Ingenia Nobilitate Artium expolita densa labilis humanae memoriae Caligine obvienti Nisi Illustrium Virorum Secundis Voluptatibus veluti Radijs quibusdam Illustrata innotuerint hoc Solatium Ars pingendi Nobilis Alexandri Gotowski quae inter alios Artis eiusdem peritos facile excelluit poscebat ut eundem tam de Nobis Quam Antecessoribus Nris bene meritum singularis Nostrae Munificentiae gratioso fulgore Condecoraremus Cupientesque eundem Commodo ac Utilitati Nostrae Ecclesiae Successorumque Nostrorum profuturum ad magisque merendum alacriorem reddere proinde eidem Nobili

bili Alexandro Gotowski et Marinae Zabinske Coniugis legitimae mansos duos Golankowskie et Tertium Rybkowskie seu quocunque Cognomine retroactis Annis Vocitabantur alias Omnes tres Boiarskie Communiter dictos in Villa Nostra Episcopali Sabnie nuncupata sub Praefectura Grodecensi Consistentes et a longo tempore planos desertos et incultos absque ullo emolumento ac Utilitate iacentes cum omnibus pratis Campis pascuis rubetis piscinis siquae erant Vel in posterum humana Industria procurari poterunt eorumque omnibus et Singulis Fructibus emolumentis attinentiis pertinentiis Universis et Singulis nullis penitus exceptis ita prout antiquis temporibus ad eadem Bona spectabant et pertinebant sub assensu et ratihabitione Perillustrium Illustrium et Admodum Reverendorum Dominorum Praelatorum et Canonicorum totiusque Venerabilis Capituli Ecclesiae Nostrae Cathedralis Plocensis damus donamus et Concedimus supradictis Coniugibus Alexandro Gotowski et Coniugi eiusque Marinae Zabinska donatoriis Nostris Iure advitalicio ad extrema Vitae Utriusque Superstitis Coniugum tempora Post fata vero eorundem Filio legitimo vel Cupiam Alteri post primum nato Maioris non Ulterius Et quem tam Ecclesiae Nostrae quam Nobis successoribusque Nostris Utilem vel Utiliorem fore confidimus similiter gratiose sub eadem Ratihabitione dicti Venerabilis Capituli Plocensis Fratrum Nostrorum dandum donandum esse duximus Sed quia merita quaelibet quo sint uberiora eo maioribus favoribus adaugeri solent Igitur ex gratia Nostra Singulari dicti Coniuges habebunt facultatem liberam in sectionem lignorum cum Scitu tamen Capitanei pro tempore existentis pro Usu tantum domestico in Sylvis Nostris

Grodziensk[illegible]

181

Grodzinskie et Grodeckie tum procaturâ in Fluviollo seu potius Rivulo et paludibus locisq ad eanq Villâ Nostram Episcopalem Sabnie dictam illamq alluente parvis retibus tantum alias zabrodniq seu klomiq Vulgo dicta absq cuiusvis impedimento similiter Cerevisiâ coctaram pro Usu Suo domestico non alias nec aliter et absq Curiq Nostrâ proventuumq impedimento habebunt item dicti Congés liberam facultatem cum Suo Successore vel Successoribus eadem Bona dandi donandi commutandi Vendendi in Vim tamen Vel eos in quem Nos Successoresq Nostri Consenseri-mus et consenserint favientes Nos iam ab hinc dictos Congés eorumq Successorem legitimum vel Successores ab omnibus angarijs Oneribus Poduodis literarum prolaturis ac alijsquibusvis omnibq et singulis quibus eorundi antecessores Boiarsie ex dictorum Bonorû adstricti erant, liberos et immunes ab ijsdq ijsdem dictos fugel et successores absolvimus et absolutos fore censentes. Sed Id Solum eiusdem loco, eorum Oneris imponimus atq ceteri Nobiles advocati Episcopatus Nri Staida tenentur Videlicet quoties Bonorû Nostrorum Mensae Episcopalis limites faciendi regendi vel defendendi inciderit, toties Nos Successores Nostros ac deputatos Venerabilis Capituli armis Competentibus instructi Comitari, nec ad aliam Iurisdictionem Nisi ad Nostram propriam Successorumq Nostrorum ordinariam respectu dictorû Bonorum Suis cum Successoribus appellare et infra decursum trium Mensium Coram Actis authenticis quibusvis Vim perpetuitatis habentibus quod praefata Bona non hereditario seu alio quovis Iure sed praesentis Privilegij Vigore tenebunt et possidebunt personaliter recognoscere et sese submittere

Submittere tenebuntur et erunt adstricti Ratione quorum Bonorum
Iurisq Sui advitalitij Advocatialis in modu' Caeteroru' Episcopatus No-
stri advocatorum Nobilium pro fera ad Ecclesiam Cathedralem Plocen-
sem florenos Polonicales duos et grossos quindecem moneta in Regno
Currentis et ad proventus Curiae Nostrae Episcopalis Grodecen' Simi-
liter florenos duos et grossos quindecem Utrumq pro festo Sancti
Martini Episcopi et Confessoris quot annis Soluere dicti Conjuges
eorumq Successores Filijq Ultra tenebuntur. Promittimus autem pro
Nobis Illustrissimisq ac Reverendis Dominis Successoribus Episco-
pis Plocensibus. Quia dictos Conjuges Vita eorundem alterius Superstitis du-
rante Filioq eorundem Successore habituri et Asturi Servitijs nostris
Successorumq Nostrorum durant ab Usu fructu Utilitateq dictorum Bo-
norum Iurisq Sui Advitalitij non amovebimus Successoresq Nostri
non amovebunt Sed Saluum Sub praesens conservabimus conservabuntq
Post decessum tamen dictorum donatoriorum Nostroru' non prius Succes-
sores eorundem de dictis Bonis cedere et condescendere tenebuntur donec
eisdem Summa Si qua per eosdem in extructionem aedificiorum ero-
gata fuerit quarta parte eiusdempta ex taxa Commissariorum No-
strorum et Venerabilis Capituli proveniens realiter et in effectu persol-
vatur Iuribus Insuper Nostris Episcopalibus Ecclesiaeq Nostrae Cathe-
dralis Plocensis Salvis ibidem per Omnia manentibus In quorum
fidem praesentibus manu Nostra Subscriptis Sigilla Nomini et Venerabilis
Capituli sunt subappensa datum in Curia Nostra Brocowiensi Die Vi-
gesima


182

gesima prima Mensis Maij Anno Domini Millesimo Sexcentesimo septuagesimo Praesentibus ibidem Perillustri Illustribus et Admodum Reverendo Domino Vladislao Krasienski Cancellario Ioanne Samplanski Economo Ioanne Barzycka Auditore Plocensi Pultouien. Sebastiano Zambrzuski Stanislao Spinek Plocen. Stanislao Kozakowski Pultouiensi Canonicis Nicolao Pinnocci Praelato domestico Nostro Necnon Magnifico Generosis ac Nobilibus Andrea in Zabisin et Rankow Comite Gembicki Sacrae Regiae Maiestatis Cubiculi Aulico Capitaneo Tygenhoffen Laurentio Iorzynski Aulae Nostrae Mareschalco Pęzlowski Culinae Alberto Laskowski Stabuli Praefecto meo Stanislao Szpiewski Notario alijsq[ue] plurimis Praelatis Aulicis et familiaribus [illegible] Carta loca sigillorum oppressorum Ioannes Gembicki Episcopus Plocensis Cuius quidem Privilegij Originale idem Offerens ad se recepit et de recepto Officium Notariale quietavit

Ex Actis Castrensibus Drohicensibus Resolutis

Correxit Krasnodębski Oppa.

Legit Raczynski Cum Actis


1620

1670

187

No 61.

Actum in Arce Cernensi Feria Secunda post Dominicam Conductus Paschae proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo

Ad Officium et Acta praesentia Castrensia Capitanealia Cernensia personaliter Veniens Generosus Paulus Biykowski Vice Capitaneus et Iudex Causarum Officiy praesentis Castri Capitli Cernene Actui Suo praesidens eam de reinductione in Bonis Oppidi Zeliszew seu Przekory ex Decreto Tribunalitio Regni Petricoviense inter partes intro contentas Lato peracta et expedita manu sua propria Subscripta infert Relationem cujus tenor Sequitur estque talis Actum in Oppido Bonorum Zeliszew Seu Przekory in Domo Joannis Kuchta Feria Quinta post Festa Solennia Sacri Paschatis proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo In praesentia Generosorum Casimiri Warszawicki Alberti Sureçki Martini Stanoslewski Francisci Dabrowski, Thomae Strusz, Alexandri Trebiszewski Christophori Zakrzewski ac aliorum plurimorum ad hunc Actum Congregatorum tum Ministerialis Regni Generalis Providi Stanislai Kesik de Wodynie, ac Nobilibus Joanne Wronski et Adamo

et Adamo Dąbrowski, Officium Castrense Cernense

Videlicet Generosus Paulus Bieykowski Vice Capitaneus

et Judex Castrensis Cernenses nomine et ex parte Generosorum

Pauli et Theresiae Oborskich Generosi olim Joannes Oborski Sub

dapiferi Terrae Bielscensis Filij et Filiae, Successorum Legitimo,

rum Causae principalis Actorum in Termino cassando protunc

Citatorum Contra Magnificum Joannem Oborski Castella

num Varsaviensem protunc Actorem cassare poenae Banni,

tionis perpetuae Super ipso in Judicijs Tribunalitijs Regni

Petricoviensis ex personali Comparitione et ex suspensione ob

functionem Senatoriam obtent... et publicat... In causa

ratione per eundem Magnificum Oborski Castellanum

Varsaviensem Contraveniendo Inscriptioni Castrensi Cernensi Feria

Tertia ante Festum Praesentationis Beatissimae Mariae Vir,

ginis proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quin

quagesimo Octavo, qua mediante Bona seu Sortem se concernen

jure hereditario Oppidi Zeliszew seu Przekory cum Omnibus per

eundem Bonorum Usibus redditibus Areis Curijs aedificijs Aquis,

Stagnis piscinis, Molendinis, Metretis, Tabernis Subditis, Cmetho

nibus, hortulanis, Inquilinis eorum casis, et Laboribus in Summa

Mille florenorum polonorum olim Ipsoso Subdapifero Bielscensi Parenti prin

cipalis Causae Actorum obligaverat et inscripserat Sub Vadio Simili

sufficienti evictione, prout eadem Inscriptio fusius obloquitur, Locotui,

tionis et evictionis Tempore Actibus expresso Bonorum eorundem

per Ipsummet Ademptionis, ac de pacifica possessione ab Actu In,

scriptionis Continuata deturbationis ex indeque Vadij Mille Florenorum

Polonorum Succubitionis Decreto Tribunalitio et poena Bannitionis

fusius enarrantibus, ad Bona ejusdem Oppidi adempta

in haerendo

